UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancto Calixto papa [et] martyre. Cap[itulum]. lxij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

philus ergo abnegationē fecit: ⁊ chirographū
ſcribens diabolo tradidit. Reuerſus aūt mox
die ſequenti ab epiſcopo accerſitur: et expulſo
emulo in officium remittitur: et vltra ꝙ̄ prius
honoratur. ¶ Poſt dies autem aliquot theo-
philus reſipiſcere cepit: ⁊ peccatum ſuum de-
flens ꝑ dies. xl. matrē miſericordie inuocauit.
Quibus elapſis glorioſa regina eidē nocte me
dia apparuit: ⁊ eidem ſalutem ſpopondit: ipm̄
tamen: vt adhuc oratione perſiſteret admonuit.
Quod cū ille feciſſet: poſt triduū iterum eidem
virgo beata cum ſplēdore nimio aſtitit: ⁊ eius
peccatum ei dimiſſum a deo nūciauit. Cum au
tem ipſe pro chirographo confecto nimium an
xiaretur: die ſequenti dei genitrix eidē in ſom-
nis apparuit: ⁊ chirographum ſupra eius pe-
ctus dimiſit: quod ille excitatus inueniens ad
epiſcopum celebrantē acceſſit: ⁊ corā omni po-
pulo peccatum ſuū confitens: cuncta viſa: ⁊ ge
ſta narrauit: eiuſqꝫ chirographum cunctis oſtē
dit: qui ex luce a virgine contracta facie: vt ſol
reſplendere viſus fuit: ⁊ in eodem loco per tri-
duum in oratione perſeuerauit. Tuncqꝫ ſequen
tiam illam compoſuit Aue maria gratia plena
dn̄s tecū ꝟgo ſerena. in qua ⁊ de ſeipo: ⁊ de eiꝰ
miraculo mentionem facit: ⁊ elapſis tribus die
bus ad xp̄m migrauit. In cuius tranſitu audi-
te ſunt voces angelice concinētes. Sepultuſqꝫ
eſt in eccleſia cilicie: per quem deus multa mi-
racula oſtendit.

¶ De ſanctis fauſtino ianuario ⁊
martiale martyribus. Cap. lxi.

Fauſtinꝰ ianuariꝰ mar
tialis marty-
res in hyſpa
niis ciuitate
corduba paſ-
ſi ſunt: qui primo equulei pe-
na cruciati: deīde ſuperciliis
excoriatis: auribus quoqꝫ et
naribus preciſis: dētibꝰ etiā
ſuperioribus euulſis: ad vltimum ignis paſſio-
ne glorioſum martyriū conſumauerunt: tertio
idus octobris: vt ait ado in martylogio ſuo.

¶ De ſancto Caliſto papa ⁊ mar
tyre Cap. lxij.

Calixtꝰ pa
pa ⁊ martyr hu
ius noīs primꝰ
natione romanꝰ
ex patre demetrio de regione
vrbis rauennatis Zepherino
romano pōtifici in epatu ſuc
ceſſit: ⁊ ſedit annos. v. mēſes
duos: dies. x. Hic cōſtituit ie-
iunium die ſabbati ter in an-
no fieri: frumenti: vini: ⁊ olei ſm̄ propheta. Ad
huc quoqꝫ iuxta. iiij. anni tpa. iiij. indixit omni
eccleſie ieiunia. primū vernale. ſecūdū eſtiuale.
terciū autūnale. quartū hyemale. in quibus eti
am precepit ordinatiōes fieri: ꝙ̄ꝙ̄ nec ipe: nec
alius quilibet romanorū pōtificū a beati petri:
vſqꝫ ad ſancti ſiluestri tpa legatur celebraſſe or
dinationes: niſi in menſe decembris. Hic idem
prohibuit: vt in accuſatione presbyterorū infa-
mes ⁊ ſuſpecti ⁊ inimici non ſuſciperent. Eos
ꝗ̄o hereticos nominauit: qui dicūt ſacerdotes
poſt lapſum ſi dignam egerint penitentiā: non
poſſe ad priſtinos redire honores. Hic fecit ec
cleſiā ſcte marie trās tyberim: ⁊ cimiteriū ī via
apia cōſtruxit: quod ſuo noīe vocatur cimiteri-
um caliſti ad catacumbas: vbi ꝙ̄ plurima mul-
titudo martyrum ſepulta eſt. Huius tēpore im
perante alexandro: pars eminētior capitolij di
uino incendio concremata eſt: ⁊ ſiniſtra manus
aurea idoli iouis fulmine liquefacta eſt. Tunc
ſacerdotes ad imperatorem venerunt: petētes
vt dij irati ſacrificijs placarentur. Dum ergo
offerent celo ſereno mane die iouis: repente di
uino fulmine quattuor ſacerdotes idolorꝫ mor
tui ſunt: ⁊ ara iouis cōcremata eſt: ⁊ ſol obſcu-
ratus eſt: ita vt populus fugeret extra muros.
Cum autem palmatius conſul audiret: ꝙ Ca-
liſtus cum ſuis clericis: ⁊ multis chriſtianis
trans tyberim latitaret: rogauit imperatorem:
vt chriſtiani per quos hoc malum ciuitati con-
tigerat: ad purgationem vrbis penitus delerē-
tur. Qui dum de mandato imperatoris cum mi
litibus trans tyberim properaſſet: vt calepodi-
um presbyterum cum alijs chriſtianis compre
henderet decem milites: qui domum intraue-
rant excecati ſunt. Quod alexander conſpici-
ens: iuſſit omnem populum pro liberatione mi
litum deo mercurio immolare. Sed cum vna ex
virginibus paganorum arrepta a demonio de-
um chriſtianorum verum ⁊ vnicum acclamaret:
conuerſus eſt Palmatiꝰ conſul: ⁊ cū vxore ⁊ fi-
lijs ac omni familia numero quadragintaduo
baptizati ſunt a ſancto Caliſto papa. Conuer-
ſus eſt ⁊ ſimplicius ſenator: ⁊ Felix cum filia
ſua Banda: quam prefatus Palmatius a para
lyſi liberauit: qui omnes ab eodem pontifice
baptizati: detenti ſunt vna cum Calepodio pſ
bytero: et ab imperatore Alexādro pariter de-
collati: vt hec omnia ſuperius dicta ſunt in paſ-
ſione calepodij ⁊ ſociorū ſexto idus maij. Quo
rum omnium corpora Caliſtus pontifex in ſuo
cimiterio ſepeliuit. ¶ Deinde alexander impe
rator caliſtum papam detentum quinqꝫ diebꝰ
ſine cibo ⁊ potu manere fecit: deinde fuſtibus
ceſum in cuſtodiam artiſſimā recludi. Cui per
noctem apparens beatus Calepodius martyr
cum ingenti lumine: ipſum in timore domini cō
fortauit. Quod cernens miles quidam nomine
Priuatus: qui erat vlceribus plenus ad pedes

eius procidit: ⁊ pro ſanitate ſua exorauit. Quē
cum Calixtus ſacro fonte perfunderet ab om-
nibus vulneribus ſanauit. Quod audiens ale-
xander: iuſſit Calixtum per feneſtram domus
in qua tenebatur precipitari: corpuſqꝫ eius in
puteū demergi: et in eo rudera cumulari. Aſte-
rius ꝟo preſbyter corpus eius de puteo ele-
uauit: et in cimiterio ſuo ſepeliuit pridie idus
octobris. ¶ Hic fecit ordinationes quinqꝫ per
menſem decembrium: preſbyteros quindecim:
diacones quattuor: epiſcopos per diuerſa lo-
ca numero nouemdecim. Et ceſſauit epiſcopa-
tus dies ſex.

¶ De ſctō gaudētio epiſcopo ⁊ mar. Cap. lxiij.

Gaudenti-
us epiſcop⁹ ari
minenſis ⁊ mar
tyr paſſus eſt a-
pud eandem ci-
uitatem tempore conſtantij
imperatoris. Qui et ciuitate
ephesiorum exortus: fidei do
cumentis eruditus: adhuc ca
thecuminus: ad vrbem romā
veniens: tempore Damaſi pape: a quodam iu-
ſtino preſbytero ſacrum baptiſma ſuſcepit: et
apud quandam matronam nobilem nomine eu
ſiticam hoſpitio ſe recepit. Quam adhuc gen-
tilem: ſua predicatione ad fidem chriſti conuer
tit: ⁊ ad ſanctum damaſum papam adduxit: qui
eam ſancti fontis vnda perfudit. ¶ Damaſus
autem pontifex cum de origine et religione
Gaudentij ab eo cunctatus audiſſet: cum ſe-
cum accerſiuit: ipſumqꝫ clericum fecit: quem ⁊
in ſui ſeruitio detinens poſt biennium leuitam
ordinauit: deinde poſt ſeptennium ad ſacerdo-
tium promouit. Qui ſedula exhortatione: po-
pulo iugiter verbum domini predicabat: ⁊ mi-
raculorum gloria clareſcebat. ¶ Nam quidam
miles romanus nomine Tarſenſius a diabolo
obſeſſus eſt: clamante demone per os eius: ꝙ
niſi illuc Gaudentius preſbyter veniret: inde
nunqꝫ diſcederet. Gaudentius ergo de manda-
to pape pro eo miſſarum ſolennia celebrauit:
deinde ſacram euchariſtiam viro offerens de-
monem ab eo in fumi ſpeciē eiecit. Quo mira-
culo multi paganorum conuerſi ſunt. ¶ Cum
autem ariminenſis epiſcopus defunctus eſſet:
et populus ipſius vrbis ad papam pro peten-
do pontifice acceſſiſſet. Damaſus gaudentiū
epiſcopum conſecrauit: ⁊ Ariminum in paſto-
rem cum populo deſtinauit. Qui primum ad ci
uitatem: que Martiana dicebatur adueniens
diebus decem: ibidem moram traxit: et popu-
lum multum ibidem exiſtentem in fide chriſti
erudiuit: quē miles gentilis: qui dudum egro-
tus in lecto iacuerat: eius fama comperta: ad
ſe ingredi fecit: ⁊ vt ſe ab infirmitate illa cura-
ret humiliter ſupplicauit. Sanctus autem epi
ſcopus orationem premiſit: ⁊ militem manu te-
nens de cubili ſanū erexit: conuerſumqꝫ ad do-
minum cum coniuge ⁊ filijs: ac ſeruis viginti-
tres numero baptizauit. ¶ Poſt hec ex ipſa ci-
uitate diſcedens ariminum deuenit. Et dum
eſſet in itinere socijs vino carentibus: et nimi-
um ſitientibus aquam in vinum conuertit: ⁊ co
mitibus propinauit. Ingreſſo autem ciuitatē
occurrit illi omnis populus cum multitudine
languentium diuerſis egritudinibus oppreſſo-
rum: quos oēs continuo in xpi noīe ſanos ef-
fecit. ¶ Sed qui primum in ipſa vrbe miſſam
celebrauit: mox idolū martis in medio adhuc
foro poſitū cecidit: ⁊ confractū eſt: ceteraqꝫ oīa
ſimulachra in diuerſis locis poſita ſimiliter cor-
ruerunt. Quo miraculo multi gētilium ad chri-
ſtum conuerſi ſunt. ¶ Quedam neptis euſitice
predicte que gaudentium hoſpitio rome ſuſce-
perat a demonio vexata ad beatum gaudentiū
ariminum adducta: ⁊ ab eodem eſt continuo li
berata. Hic ſanctus vir ſua predicatione arimi
nenſem populum ad fidem chriſti ꝑduxit: mul-
tas eccleſias conſtruxit ⁊ dedicauit: multoſqꝫ
preſbyteros ⁊ aliorum ordinum clericos ordi-
nauit. Inter quos leonem preſbyterum ⁊ mari
num diaconum viros ſanctos: qui de dalmatia
illuc venerant conſecrauit: vt dictum eſt ſupra
in geſtis Marini confeſſoris pridie noñ. ſeptē
bris. ¶ Poſt hec cum de mandato conſtantij im
peratoris apud ariminum ciuitatem: conciliū
epiſcoporum congregatū eſſet: multiqꝫ arriani
fulti preſidio auguſti: pauci ꝟo epiſcopi catho-
lici cōueniſſent. Gaudētius ꝓ defenſiōe catho
lice fidei: arrianis viriliter reſtitit: ſꝫ quia eis
omnino ſe obuiare non poſſe vidit: eorum veſa
nie ceſſit: et cum ſanctis theophilo popilieñ. et
mercuriali liuienſi epiſcopis: nocte liuiam clā-
deſtine properauit. ¶ Poſt diſceſſum ꝟo arria
norum: ad ſedem ſuā redijt: ⁊ conuocata ſyno-
do catholicorum: que ab arrianis decreta fue-
rant reuocauit. Quendam quoqꝫ Martianum
preſbyterum hereticum: nolentem ad eccleſie
vnitatem reuerti damnauit: et de eccleſia eie-
cit. Quod audiens Martianus proconſul: qui
dicti Martiani preſbyteri propinquus erat:
epiſcopum durius increpauit: et multis conui-
tijs exprobrans: mortis ei minas intentauit.
Quem mox malignus ſpiritus inuaſit et duriſ-
ſime vexare cepit. Cuius rei cauſa milites pro-
conſulis gaudētium deteſtantes: ipſum mane
ante ſolis ortum clanculum orantem comprehē
derunt: ⁊ quaſi in vltionē domini ſui extra por-
tam vinctum eduxerunt: ⁊ tandiu fuſtibus et
lapidibus tutuderunt: donec ipſe in dño cōmē-
dās: ⁊ pro ipſis etiā perſecutoribus exorās ſpi
ritū exhalauit pridie idus octobris. Cuius cor
pus in loco qui dicitur ad lacum in foueam ma
ximam proiecerunt: terra illud ac lapidibus